


IV, 434,



62.



AD. VIRUM.
NOBILISSIMUM AMPLISSIMUM ATQUE
FACTISSIMUM
D.JO.BURCHARDUM.
MENCKENIUM.
HISTORIARUM. P.P. ET. ACADEMIÆ.
LIPSIENSIS. h.t.
RECTORREM.
BEATI. PARENTIS. SUI.
VIRI.
SUMME. REVERENDI. ATQUE. EXCELLENTISSIMI.
DOMINI.
OTTONIS. MENCKENII.
S.S. THEOL. LICENTIATI.
MORALIUM. PROFESSORIS. PUBLICI. CELEBERRIMI.
DECEMVIRI. COLL. MAJ. PRINCIPUM.
COLLEGATI. &c.
MEMORIAM
DIE. EJUS. EMORTUALI. IV. KAL. FEBR. A. d. ccc VIII.
SOLEMNI. ORATIONE. RECOLENTEM.
ACTA. ERUDITORUM.
INTERPRETE ZEOM
M. LUDOVICO. CHRISTIANO. CRELLIO.
LIPSIAE,
LITERIS. FLEISCHERI JUNIORIS.

X 340-20764

Wolff 27



ACTA
ERUDITORUM
MENCKENII
VIGEANT!

CHARACTER. B. MENCKENIL. E. PLINIO.
EPIST. LIB. I. EPIST. XXII.

ARISTONEM.

SINGULARITER ET MIROR ET DILIGO.
NIHIL EST. ILLO. GRATIUS.
SANCTIUS. DOCTIUSQUE.
UT. MIHI NON. UNUS. HOMO.
SED. LITERÆ. IPSE. OMNESQUE. BONÆ. ARTES.
IN. UNO. HOMINE. SUMMUM. PERICULUM. ADIRE. VIDEANTUR.
QUAM. PERITUS. ILLE. JURIS. PUBLICI?
QUANTUM. EXEMPLORUM.
QUANTUM. RERUM.
QUANTUM. ANTIQUITATIS. TENET?
NIHIL. EST. QUOD. DISCERE. VELIS.
QUOD. ILLE. DOCERE. NON. POSSIT.
MIHI. CERTE.
QUOTIES. ALIQUID. ABDITUM. QUÆRO.
ILLE. THESAURUS. EST.
QUANTA. SERMONIRUS. EJUS. FIDES?
QUANTA. AUCTORITAS?
QUAM. PRESSA. ET. DECORA. CUNCTATIO?
QUID. EST. QUOD. NON. STATIM. SCIAT?
ET. TAMEN. PLERUMQUE. HESITAT:
DUBITAT. DIVERSITATE. RATIONUM:
QUAS. ACR. MAGNOQUE. JUDICIO.
AB. ORIGINE. CAUSISQUE. PRIMIS. REPETIT.
DISCERNIT. EXPENDIT.
ORNAT. HÆC. MAGNITUDO. ANIMI.
QUÆ. NIHIL. AD. OSTENTATIONEM.
OMNIA. AD. CONSCIENTIAM. REFERT:
RECTEQUE. FACTI.
NON. EX. POPULI. SERMONE. MERCEDEM.
SED. EX. FACTO. PETIT.
IN. SUMMA.
NON. FACILE. QUIS. QUENQUAM. EX. ISTIS.
QUIL. SAPIENTIÆ. STUDIUM. HABITU. CORPORIS. PRÆ. SE. FERUNT.
HUIC. VIRO. COMPARARIT.



Ristia nunc igitur redeunt solemnia nobis:
Munera MENCKENIO persoluenda PATRI.
Manibus ergo piis Natus cum laude Parentis
Inferias cimeri fert, sua vota, sacro.
Scilicet hoc pietas, hoc pacta, fidesque volebant:
Illi ut solemnii voce parentet amor.
Facta Viri Fama & numquam moritura beati
Poscebant meritis hæc monumenta suis.
Tam doctæ seriem doctis pertexere vitæ
Verbis, historiæ nobile pangere opus.
Hoc opus, hoc Tuus est labor, o pie NATE PARENTIS
MENCKENI, in hoc præstat Te tua Misericordia pium.
Essè TUI memorem merito Tibi maxima cura est
Arteque, qua polles, condecorare PATREM.
Condecorare PATREM, quem semper vivere docti
Optant, Misericordia virum quem vetat ipsa mori.
ACTA vetantque mori DOCTORUM, & scripta virorum,
Quæ cura illius servat ab interitu.
En Tua supremum dum PATRI solvit honorem,
Et caris pietas fert sua thura rogis,
In partes venimus Tibi DOCTORUM ACTA PARENTIS
Ad tumulum, in lacrumas ipsa soluta pias.
Ipsa Tuo meritis obnoxia facta PARENTI:
MENCKENII doctæ dexteritatis opus.
Illius auspiciis DOCTORUM vivimus ACTA,
Gloria nostra alias vincit Ephemerides.
Fama perennis erit, quamvis rumpantur iniqui,
Non deerit nobis posteritatis amor.
Quam multi nobis DOCTORUM vitam & honores
Debent, quot per nos aurea scripta vigent!
Quæ pars doctrinae non hic exculca? quis Auctor
Cui non ex ACTIS fama decusque fluat?
Gallia testis erit, testisque Britannia docta,
Hoquius ipse illi, Roquius huicque fuit.
Testis & Italia est claris scriptoribus alma,
Quæque favet doctas terra Batava viris.
Germanique sui testes, doctique Poloni,
Quatenus & libros barbara terra legit.

Seu nos Hesperiis, seu quis nos quærat Eois
Terris, nos & Eos norit & Hesperia.
Non hic naturæ tantum mysteria disces,
Lector, quasque artes culta Mathefis habet.
Quæ Tibi cunque placent DOCTORUM Te ACTA docebant,
Ingens doctrine campus ubique patet.
Seu te religio delectat divaque verba,
Sunt hic, que referant dogmata sancta Dei.
Seu monumenta placent, artes queis Juris & æqui
Traduntur, sunt hic que probet ipsa Themis.
Seu tibi Apollineæ sunt cordi & Pœonis artes,
Nostra Macbaonias fert tibi pagina opes.
Invenit hic aliquid Medicorum gloria Cous:
Multæ hic cum Celsø docta Galenus habet.
Invenit hic Sophie quamplurima: multa Poetæ:
Grecia quos, & quos terra Latina colit.
Præcipue hic artesque bone, linguaeque foventur,
Humana unde siuum vita habet usque decus.
Divitiae ingenii hic regnant, & Pallados artes,
Et nova doctorum docta reperta virum.
Quicquid Graja notat, quicquid Romana vetustas.
Et qua cuncta modo gens sibi docta parat,
Ejus virtutis congeserat omnia chartis,
ACTIS DOCTORUM tradideratque labor.
Iftis innumeris studuit comprehendere gazas,
Æternum poterant que sibi ferre decus.
O si doctorum tam docto præside cœtus
Illius auspiciis continuaſset opus!
Sed nunc ille jacet fato properante peremptus:
O fato dignus candidiore frui.
Sic moriens eadem, que magnus Grotius olim,
Ut sequitur vivus, verba levamen habet. *O Decus, o toto memorabile nomen in ævo,
Dum cure doctis sunt monumenta viris!
Eximiis quondam Servator nate libellis,
Doctorum accumbens gloria prima choro,

* Grotius teste Quistorpius apud Freherum Rostochii in itinere moriens moribundum se identidem his verbis
erigebat: οἵτις ἵασθι με τῷ ἀναγνώσκεις, que verba B. Menckenio continuo in ore erant.

*Salve Pieridum tutamen & inclite Princeps,
Æternum nobis, o Pater ahne, vale!
Quæ doctis olim præstabat Cavius Anglis,
Bailletus Gallis, Grævius & Batavis,
Nazariusque Italos, Cimbris Morbofius, illa
Omnia Tu nobis, MENCKENI, & inuis eras.*

*O utinam nobis, docto optatissimus orbi
Vivere adhuc posse; gloria summa fores.*

Quantum consiliis Musas operaque juvares!

*Gauderet studiis quam Philyrea Tuis!
Sed cadis ac tristi conturbas omnia planctu,*

Qui pretium nobis ingeniumque dabas.

*Ecce Tu docti terrentur ut undique fato,
Et pavida feriunt pectora fida manu.*

*Lipsia Te, Natusque Tuis, Te Nata perentum
Cum Genero Musæ Phœbus & ipse dolent.*

*Quid juvat ingenuas animum excoluisse per artes,
Quid juvat in Clario nomen habere Choro!*

*Quid Tibi laus docti prodest Polyhistoris æqua,
DOCTORUM libros quid retulisse juvat?*

*I nunc Scripta para, DOCTORUMque ACTA recensè:
Mors etiam doctos obruit atra Viros.*

Primus ex æquo fatalia fila Sorores

*Abrumpunt: doctus, ceu rudit, ipse perit.
Nos misera; O cur non vitaë Tibi longior usus*

Obtigit! O Pylios vivere digne dies!

Speratae pereunt quot in uno sumere messes?

Te clades nimis hac, natio docta, premit!

Nempe jaces doctis Mecenas artibus. Eheu

Viva ingens Tecum bibliotheca perit!

*Non ita Alexandri doluisse urbs clara putanda est,
Perdidit ut libris sermnia plena bonis.*

Sumtibus immensis huic parta volumina quanquam,

Quadragesima ignis millia, triste! vorat.

Non monumenta magis scriptorum docta gemitat

Flammis rapta sibi Pergamus atque Cnidus.

Tbreiceis jaculis saevisque objecta Sarissis

Libros Buda suos hand ita flere potest.

Non Heidelbergae majora Ablatius afferat,
Allatius, Roma, & dat spolia ampla tibi.
Quam multa in Te uno, Musis spes maxima Nostris
MENCKI perdidimus, jam querimurque, boni.
Non levibus, misera heu! jacturis carpimur, uno
Uno in Te nobis cuncta decora ruunt.
Hinc solvit merito tristes Elegeia capillos,
Teque decus nostrum jam sine fine dolet.
Inde timent fauces singultibus: ora rigantur
Hinc lacrimis & susppiria multa gemunt.
Sed quid flere juvat? lacrymae & prodeesse querele
Quid poterunt? Fatum nenia nulla movet.
Ergo quid haec nobis ingrata revolvimus alto
Damma animo, his crescit congeriturque dolor.
Sic erat in fatis: Illum quoque perdere, DOCTIS
Illorumque ACTIS qui fuit una salus.
Sed quis perdere eum nos dicat, qui modo caelis
Succedens voluit vivere rite DEO.
Molliter ossa cubant: animus letatur in altis,
Doctrinae humanae porro nec ACTA refert.
Æternum divis junctus miratur & ACTA
Hic summi vivo concinit ore DEI.
Istib[us] CELLARI SECKENDORFFIque Statores
ACTORUM occurunt, umbraque CARPZOVII.
O quales quantique viri! quorum omnia secla
Pro meritis ingens nomen ad astra vebent.
Nomen ad astra vebent divinum MENCKENIIque,
Permanet hic doctae genit[us] & urbis amor.
Ingenioque suo clarum per secula cana
DOCTORUM vivet nomen in ore virum.
Fama viri superat: terraque legitur in omni
ACTA, vel a sero digna nepote legi.
Illi hinc partus bonos: hinc gloria plurima venit:
Illi hinc fama memor per sua regna volat.
Vivet in his ACTIS vita dignissimus ista,
Et quasi de tumulo proferet ora parens.
Grates Musa ferat: Musa & solatia praefet,
MENCKENI & ista Tui sit medicina mali!

Tumodo sume animos condignos laude PARENTIS,
Et solve in cineres ora diserta PATRIS.
Purpura purpureos ILLI TUA præfet honores,
Eloquii vires; quas potes, ergo para!
Oreque, quo nuper felicia pacata Britannum
Dixisti, & laudes, ANNA Britanna, Tuas.
Quo LEOPOLDINA eadibus studio atque Poetis,
Atque aliis doctis fata sinistra viris:
Hoc ipso patrias duc ad sua sidera laudes,
Sicque pii nati dulce merere decus.
Quanta TIBI linguae est facundia, confer in illud,
Ut doceas per TE vivere posse PATREM.
Prome animos alto nunc pectore: pandite vires
Pierides: magni porrigit oris opes!
Commemorate viri dotes, insigniaque ACTA:
Illius per vos floreat ingenium.
Hujus non unquam tenuerit oblia famam,
Sed vivum vigeat tempus in omne decus!
Ast erit, hoc miserum, qui nume fataleque fato
MENCKENII nobis tempus adesse, putet.
En solidique jacet, dicat, labor improbus ævi;
Nam quis Apellæum continuabit opus?
Deque ACTIS actum est DOCTORUM: illudque verendum
Heu quondam corpus triste cadaver erit!
Omine, quisquis es, at multum Tibi falleris isto:
MENCKENII Natus namque superstes adest.
Ille superstes adest ACTORUM Adsertor & Autor,
Funere deque PATRIS nos rapit ille suu.
Æternumque vigore jubet Spes altera nobis,
Firmamen doctæ, qua decet, arte rei.
Continuabit eum PATRIS post fata laborem
Filius, hanc magno mente PARENTE minor.
O decus, O nostrum columen, doctæque catervae,
Emporii RECTOR, nunc Philyrea, Iui.
Huc ades & serva Nos, Te nunc vindice nobis
Est opus. O, quod agis, nunc tuare PATREM!
TU modo, TU vigeas, Per TE Sic ACTA vigemus,
TU te PARENTE nobis alter & Auctor eris.



V
18

Eja, age **DOCTORUM** doctas Tibi porro *Virorum*
Junge operas, nobis hinc decus omne venit.
Schmidius hic adfīt Noſter Tibi, Smidius Abbas
Helmyſtadio, quod vult. Te Kochiusque juvent!
Adſint Ittigius, Cyprianus nomine & ore
Prisco, Oleariades grande recensque decus.
Löſcherum *Viebergā* ſoror Tibi *candida ſervet,*
Jenā Buddeus p̄eſt amicus opeſ.
Wichmannshauſades gazaſ ferat huc *Sohymorum,*
Wolfius & Giessa ſedilitatis opeſ.
DOCTORUM ante omnes faveat Leibnizius *ACTIS,*
Utque olim Pritius, Fabritiusque Tuus.
Gözius & Titius *Juris monumenta reponant,*
Griebnerus ſolita dexteritate juvet!
Abdita naturae Pauli *Secreta revelet,*
Ettmillerus opeſ optima Hygea Tuas.
Pectora plena Deo referat Pippinius ore,
Schüüzis & Pyladæ junctus amore Tibi.
Struvius *bijtoriae doctorum conditor adſit,*
Boernerusque parans maxima quæque juvet.
Palladiæ monumenta rei quæ ſerior atas
Eruit, huc referant, quos labor ille juvat.
Docta frequensque Tibi horum turba ſit, optimè, & *ACTIS*
Vitam perpetuam conciliare velint.
Tu modo **MENCKIADA** vivas, dent Fata ſalutem,
Dent Tibi, dent nobis, dent patriæque Tuæ.
Vive Tibi, doctas inter, Tua Numinæ, Muſas:
Vive inter libros Pieridasque Tuas.
Vive etiam nobis, ſerva **DOCTORIBUS ACTA**
DOCTORUM hinc famam fer ſuper aſtra Tuam!
Est Tibi & ingenium, ſunt & Tua gaudia, amici
Docti, theſaurus, Bibliotheca Tibi eſt.
Utere temporibus, quorum es nunc numere fretus,
Ecce patent laudi magna Theatrica Tuæ.
Utque Tuo docti ſiſpendunt ſigna tabellas
Doctas, viſturo grata Tropea **PATRI;**
Sic Tuæ Te doctum non tantum ſecula norint,
Usque eris in docta Nobilis *Hiftoria.*

*** * *** *

Z 6
6/73, a
62



IV, 434,

AD. VIRUM.

NOBILISSIMUM AMPLISSIMUM ATQUE
FACTISSIMUM

D. JO. BURCHARDUM. MENCKENIUM.

HISTORIARUM. P. P. ET. ACADEMIÆ.
LIPSIENSIS. h. t

RECTOR E M.

BEATI. PARENTIS. SUI.

V I R I

SUMME. REVERENDI. ATQUE. EXCELLENTISSIMI.
D O M I N I.

ONIS. MENCKENII.

S. THEOL. LICENTIATI.

PROFESSORIS. PUBLICI. CELEBERRIMI.
EMVIRI. COLL. MAJ. PRINCIPUM.
COLLEGIATI. &c.

M E M O R I A M

U.S. EMORTUALI. IV. KAL. FEBR. A. d. ccc VIII.

L. ORATIONE. RECOLENTEM. T A. ERUDITORUM.

INTERPRETE

EDOVICO. CHRISTIANO. CRELLIO.

L I P S I A.

LITERIS. FLEISCHERI JUNIORIS.

